tibi non expedit. Quantum in te est:
euacuasti timorem: et tulisti preces
coram deo. Docuit enim iniqui
tas tua os tuum: et imitaris lin
guam blasphemantium. Condempnabit te os tuum: et non ego: et
labia tua respondebunt tibi. Num
quid primus homo tu natus es: et
ante colles formatus: Numquid
consilium dei audisti: et inferior te
erit eius sapientia: Quid nosti.
quod ignoremus: quid intelligis quod
nesciamus: Et senes et antiqui sunt
in nobis multo uetustiores: quam
patres tui. Numquid grande est
ut consoletur te deus: Sed uerba
tua praua hoc prohibent. Quid te
eleuat cor tuum: et quasi magna
cogitans adtonitos habes oculos:
Quid tumet contra deum spiritus tuus
ut proferas de ore tuo huiuscemodi
sermones: Quid est homo ut inma
culatus sit: et iustus appareat
natus de muliere: ecce inter sanctos
eius nemo inmutabilis: et celi non
sunt mundi in conspectu eius.
Quanto magis abominabilis et in
utilis homo. qui bibit quasi aquas
iniquitatem: Ostendam tibi audi
me: quod uidi narrabo tibi. Sapien
tes confitentur: et non abscondent
patres suos. Quibus solis data est terra.
et non transibit alienus per eos. Cunc
tis diebus suis impius superbit: et nu
merus annorum incertus est tiran
nidis eius. Sonitus terroris semper in
auribus illius: et cum pax sit ille
in sidias suspicatur. Non credit
quod reuerti possit de tenebris
ad lucem: circumspectans undique
gladium. Cum se mouerit ad queren
dum panem nouit quod paratus
sit in manu eius tenebrarum dies.
Terrebit eum tribulatio et angustia
uallabit eum sicut regem qui preparatur ad prelium. Tetendit enim ad
uersus deum manum suam: et con
tra omnipotentem roboratus est. Cucur
rit aduersum eum erecto collo et pin
gui ceruice armatus est. Operuit faci
em eius crassitudo et de lateribus eius
aruina dependet. Habitabit in ci
uitatibus desolatis: et in domibus de
sertis que in tumulos sunt redacte.
Non ditabitur neque perseuerabit substan
tia eius: nec mittet in terra radicem
suam. Non recedet de tenebris. ra
mos eius arefaciet flamma: et aufe
retur spiritu oris sui. Non credat frus
tra errore deceptus quod aliquo pre
tio redimendus sit. Antequam dies eius
impleantur peribit: et manus eius ares
cet. Ledetur quasi uinea in primo flo
re botrus eius: et quasi oliua proiciens
florem suum. Congregatio enim hy
pocrite sterilis: et ignis deuorabit ta
bernacula eorum: qui munera accipiunt
libenter. Concepit dolorem et peperit

Omni s[…]ita impiorum
in sollicitudine.

Non s[…] per se reuersurum
a tenebris de mandatis
est enim in manus ferri
decadet aut in delatione
et destinatus est in esca
uulturis.

Testimonium enim
mors impii.